Universitätsbibliothek Paderborn

# Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

De collatio S. Ioannis B. S. Medericus Ab S. Sabina M. 29. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

Decollatio S. Ioannis B. S. Mederi-
cus Ab. S. Sabina M. 29. Aug.

*Obedientia.*

Si obedientes fuerimus præpoſitis noſtris, Deus obediet orationibus noſtris. Gregorius.

Protegat nos Dne B. Ioannes (B. Medericus Ab. B. Sabina M.) intercedendo, vt & converſationis eius experiamur inſignia & interceſſionis percipiamus ſuffragia, per D. N. Ieſum &c.

Ora pro Augmento caritatis &

1. Decollatio S. Ioannis Baptiſtæ impleuit propheticam vocem S. præcurſoris, cum ſe minuendum eſſe, Chriſtum creſcere oportere prædixit. Sed eo quo in terris minoratus eſt, in cælo excrevit ſupra mortales omnes prædicatus à Chriſto; & Angelis æquatus.

2. S Medericus Ab. in Galliis circa A. 550. duriſſimam agens vitam non niſi bis in hebdomade ſe reficiebat hordeaceo pane, amictus cilicio. Monacho conquirenti, quod fædis infeſtaretur à dæmone concupiſcentijs, ſuam veſtem induit & dæmonium fugavit.

3. S. Sabina Romana Illuſtriſſima clariſſimi viri Valentini coniunx à S. Seraphia V. inſtituta ſacris Chriſtianis ita eiſdem adhæſit, vt à Iudice interrogata reſponderit: Gratias ago Dno meo Chriſto qui me liberauit.